

Caruit, quomodo Iohannes Evangelista ipsum gloriam suam manifestasse in Nuptijs Cane Galilee; quomodo eundem ante ascensionem glorificatum fuisse; & licet jam glorificatus esset, amplius tamen glorificandum fuisse, disertè affirmet? Ioh. 2, 11. & 7, 3, & 12, 16. & 13, 31. & 32

12. Edisserant nobis, quam nam gloriam illam fuisse existiment, & quo nam tempore eam Christo obtigisse statuunt? Hoc dum ipsi explicare non possunt, scripturam audiamus, quæ testatur, Gloriam eam non fuisse aliam, quàm quæ fuit unigeniti à Patre, quam habuit Christus apud Patrem, priusquàm hic Mundus esset: Quia verò Christus secundum humanam Naturam est potitus eo ipso momento, quo λόγος in divinitatis suæ ac ὡς ὁσὶς ἀσέως κοινωνίαν realiter eam evexit, hoc rursus dilucidè demonstrante Iohanne, qui simul ac verbum carnem factum esse pronuntiavit, statim subjungit. Et vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam unigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Ioh. 1, 14.

13. Hæc vectio quamvis propter assumptionem formæ servilis, sive humiliationis, quæ caro Christi ad tempus uti voluit, nondum ita expresse Exaltationis vocabulo in scripturis insignitur: nihil tamen prohibet, quò minus eam propter Unionem personalem, & inde secutam realem communicationem & naturarum & Idiomatum, Exaltationis voce indigetare queamus.

Cujus